



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Decretvm Eivsdem Zosimi Papae Ex Gratiano Desvmpvtm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

418 ZOSIMVS CONCILIVM HONORIVS THEODOSIVS IMP.

Vnde hoc inuicem scriptum ad vestram transmisimus caritatem per fratrem & coepiscopum nostrum Numunium. Bene valete, fratres, & ad latus, XVI. Kalendas Decembris, Honorio VII. & Theodosio VIII. consulibus Augustis.

DECRETVM
EIVSDEM ZOSIMI PAPÆ
EX GRATIANO DESVMPVTVM.

Apostolicae sedis auctoritas contra sanctorum statuta aliquid condere non valet.

Huius C*an*nonis expositionem vide 25. quæst.
2. Sunt quidam dicentes.

CONTRA statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas, cui Decreta patrum sanxere reuerentiam.

CONCILIVM AFRICANVM
S V B Z O S I M O.

Anno Christi CCCXVIII.

Huic consentit aliud quidam per uterum codex.

In vetusto quodam codice monasterii sancti Bauonis in Gandauro, insignis Flandriæ vrbe, tale habebatur initium:

HONORIO Augusto XII. consule Kalendis Maiis, Carthagine in basilica Fausti, cum Aurelius episcopus simul cum Donatiano Teleptensis primæ sedis episcopo prouinciæ Byzacena, & aliis ducentis * tribus coepiscopis suis, tam ex prouincia Byzacena, quam Mauritania Stephensis, Tripolitana, Numidia, Mauritania Cæfareensi & Hispania, in Concilio confesisset, adstantibus diaconibus, placuit omnibus in sancta Synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis, vt quicumque dixerit, Adam primum hominem, &c. ut infra in Concilio sub Bonifacio, Can. 76.

Verum in codice impresso Moguntiæ in ædibus Ioannis Schoefffer, circa annum 1525. atque secundum exemplar Anglicanum vetustissimum monasterii Vintoniensis, tale fuit initium:

ANNO
CHRISTI
418.

* q*uo*d*c*im, &
ampli,
er as
Marion
Scena fo
anno 418.